



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Igniculi pietatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

Anima Christi, &c.  
fol. III.

---

*Igniculi pietatis.*

**T**eneam te, amor  
animæ meæ, am-  
plectar te sponse cœ-  
lestis. Nolo benedictio-  
nem tuam, sed te.  
Quid enim mihi est in  
cœlo, & à te quid volui  
super terram? Non di-  
mittam te, nec si bene-  
dixeris mihi. Tenui,  
nec dimittam te. *Bern.*  
*Serm. 79. in Cant.*

Quid retribuēs, ani-

H 5 ma

178 *Die Mercurij*

ma mea, Domino, pro  
omnibus quæ retribuit  
tibi, vt sis socia mensæ,  
& socia regni, socia  
thalami, vt introducat  
te Rex in cubiculum  
suum? Vide quibus  
brachijs vicariæ carita-  
tis redamandus, & am-  
plectendus sit qui tan-  
ti te æstimauit, imò qui  
tanti te fecit. *Bernar.  
serm. in Domin. 2. post  
Epiph.*

O Iesu fons vniuer-  
sæ dulcedinis, ignosce  
mihi, quòd tam serò  
credidi quantum ha-  
beat deliciositatis in-  
ter

*Petitio . 179*

ter brachia tanti spon-  
si quiescere, inter of-  
cula tanti Regis &  
amici tam fidelis  
obdormire. *Bo-*

*navent. c. 1.*

*Soliloq.*

\* \*  
\*



H 6 DIE